

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9553

Auteur(s) : Jean Ier, Eu (comte)

Bénéficiaire(s) : Foucarmont, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1144-1170]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Jean, comte d'Eu, confirme toutes les donations faites à l'abbaye Notre-Dame et Saint-Jean de Foucarmont.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 8H12.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Date : 1144-1170 (probablement avant 1161). Jean, comte d'Eu, 1140-1170. Sept muids des moulins de Blangy sont confirmés par la bulle du pape Lucius II du 5 décembre 1144. Cette confirmation est sans doute antérieure à la confirmation par Henri II, roi d'Angleterre, donnée en 1156-1161.

Texte d'après A

Notum sit omnibus quod ego Johannes comes Augi, pro peccatis meis et antecessorum meorum, dono et confirmo aecclesiae Sancte Mariae et Sancti Johannis de Fulcardimonte, quae pater meus Henricus et uxor ejus Margarita ante dedit et confirmavit, sartum scilicet Baril et Novam Landam et sartum Engerilii, et in foresta mea quittantiam pasnagiorum et herbagiorum et edificiorum et ignium. Et per totam terram meam quietantiam omnium mercatorum, tam ad ipsos monachos quam ad famulos eorum pertinentium. Et quicquid infra curtem abbatiae vel cujuslibet grangiae suae venditum fuerit, et in ipsis vendentibus et ab ipsis ementibus a theloneis et molturis quietum sit, et a qualibet consuetudine liberum. Quod si inter eorum famulos vel mercennarios aliqua discordia seu quelibet querimonia quod absit quandoque emerit, vel de aliquo sive aliquibus eorum famulis aliquis clamor auditus fuerit, liberum sit eis et a me concessum illud quicquid fuerit vel per se seu per alios quoscumque si tamen ita libuerit, terminari et diffiniri. Concedo etiam decimam annonae et denariorum in ministerio de Fulcardimonte et maeriam Augi, et apud Blangium septem modios braisii, et prata de Fulcardimonte, et molendinum de Lesella, et in molendino predicti castelli, septem modios frumenti et tres modios avenae ad horreum ejusdem, et apud Septemmolae medietatem pratorum nostrorum. Insuper ex dono meo omnes culturas meas de Fulcardimonte cum auxiliis carrucarum pro septem modiis frumenti et tribus avenae quos habebat ex dono patris mei, et decimam vicecomitatus ejusdem villae, et totam Beleam inter eandem et forestam assensu Rogerii de Fraelvilla et Rogonis filii ejus. Et nemus inter sarcum Baril et Novam Landam pro sarto Engerilii et in maeria Blangii assensu matris meae centum solidos pro septem modiis braisii quos habebat ex dono patris mei. Et omnes messes suas tam ad ipsos quam ad eas in grangiis suis triturantes, pertinentes, a multura et omni alia consuetudine liberatas, et tertiam partem molendini de Maisnelis quam tenuit aecclesia Ultrensisportus et mihi pro cultura mea que est inter

Augum et eandem aecclesiam dedit. Et decimam omnium quae in Anglia adquisiero, et quae mihi ibi contingunt jure hereditario, hoc excepto quod aliis aecclesiis inde jam datum est ab antecessoribus meis. Apud Criolium hospitem unum, per totam terram meam ab omnibus consuetudinibus meis liberum. Et in foresta mea mansiones ad grangias suas ubicumque necessarium fuerit eis construendas, et quicquid nemoris est a via qua ad grangiam de Campanesiavilla de Fulcardimonte venit usque ad angulum Sancti Martini, quousque terra eorum protenditur, et usque ad fundum vallis subtus ipsam grangiam jacentis. ¶ Amplius autem de feodo Walteri Pevrelli, culturam de Prato et illam de Busco Rainardi, et campum super viam de Predosavilla et tres acras in campo Theoderici, et duas ad nemus Noberti, totidemque in pomerio aecclesiae, et campum ante domum infirmorum et quicquid habet pratorum inter abbatiam et Fanuncurt, et sarcum fratris Gilleberti, et supra acram unam nemoris et tres juxta campum Willelmi filii Seburgis, hec omnia quieta et ab omni consuetudine libera et sine fine in elemosina possidenda, excepto quod pro campo ante domum infirmorum debet habere de centem et octo nummos annum censum, et totidem pro parte pratorum, et filius ejus Paganus qui haec omnia concedit inde habens septem solidorum et tunicam unam, debet habere campartum de campo supra viam de Predosavilla post obitum suum. ¶ Item ex feodo Willelmi filii Nicholii et Gilleberti Calethoth et Richeldis et Ceciliae sororum et Albereae et Bernardi filii ejus, omnia prata inter abbatiam et Fanencurt. ¶ Porro ad Campanesiam Villam duas carrucatas terrae, unam ex feodo Roberti de Fanencurt, alteram vero ex feodo Roberti de Restolval, et quicquid in eadem villa de cetero acquirere poterit. ¶ Amplius ex feodo Willelmi Longi sex acras ex una parte abbatiae, et quatuor ex altera, quietas et ab omni consuetudine liberatas. ¶ Item ex dono Gilleberti filii Soriz et Ricardi filii ejus, campum unum juxta culturam aecclesiae, et alterum ad nemus Noberti, et tertium in monte super abbatiam, quieta et ab omni consuetudine libera. ¶ Ex feodo Hugonis macionis dono ipsius et Radulfi filii ejus, tres acras quietas et ab omni consuetudine liberatas. ¶ Ex dono Osberni de Pilocervino et Guidonis filii ejus, quicquid habet citra abbatiam usque ad marlariam et ipsam [(un mot gratté)] et parum nemoris ultra eam. Preter haec unam terrae acram, omnia quieta et ab omni consuetudine libera. ¶ Ex dono vero Rogeri de Sauceio, unam acram terrae de foris Osberni Maisnil, et totam terram ejusdem Rogeri vastam quae est in monte Hastreiae, liberam et quietam ab omni consuetudine. ¶ Item ex dono Bernardi molendinarii et fratrum ejus et Albereae matris eorum, tres acras terrae nemorosae, ab omni consuetudine liberatas. ¶ Item ex dono Rainaldi de Septemmolis et Amabilis matris ejus, unam acram et dimidiam terrae, libere et quiete. Item ex dono Roberti sacerdotis Sancti Johannis, tres acras terrae quas hereditario jure tenuit de feodo prefati Rainaldi de Septemmolis, liberatas et quietas. ¶ Ex dono Herveii de Sancto Sulpitio et Beatricis uxoris ejus et Willelmi filii ipsorum, in molendini ipsorum decima, octo minas multurae, et quatuor bustellos frumenti et tres nummos et obolum, quieta et omnino libera. ¶ Ex dono Walterii de Sancto Aniano Torfreascalis tres acras terrae et totam decimam illius feodi, preter terciam partem. Post obitum vero suum, totum feodum cum decima, quieta et omnino libera. ¶ Ex dono Abraham de Grandicuria, unam acram terrae, liberam et quietam. ¶ Ex dono Roberti Augi patris mei, duas salinas apud Brienchon, quietas et liberatas. ¶ Ex dono Fulconis de Puteis, unam acram terrae quietam et liberam. ¶ Ex dono Rogeri Corperis Baronis, vadimonium viginti quatuor solidorum in campo qui est supra domum infirmorum. ¶ Ex dono Godardi de Maisnielis, unam acram terrae, quietam et liberam. ¶ Ex dono Guidonis molendinarii, unam acram ad campartum. Alteram vero, ex dono Gilleberti Cocherelli, eque ad campartum. ¶ Et de reliquo quicquid juste et canonice acquirere poterit vel jam habet in parrochia de Fulcardimonte, vel in illa de Osbernimainil, sive de Aceribus vel de Sancto Leodegario, seu Fanencurt, vel ad nemus Gotberti. ¶ Si quis igitur hanc donationem temere, violare, minuere, defraudare, seu aliquibus molestiis fatigare presumpserit, aecclesiae sanctae rectores exoramus, quatinus usque tercio commonitus, quisque ille sit sive ego sive alius, si non congrua satisfactione emendaverit, in eum rigorem justitiae exerceant et a communione corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi alienum faciant. Testes sunt, Hugo capellanus, Eustachius Harenc, Willelmus de Crenis, Radulfus de Scoteniis, Andras cubicularius, Grinbertus portarius.